



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. Qua[n]tus Daudi dolor fuerit ex morte Absalonis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Obuius armato: seu cum pedes irret in hostem:
 Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
 Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas:
 Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis.
 Purpureas spargam flores: animamq; nepotis
 His saltem accumulem donis: & fungar inani
 Munere.

V. In sacris litteris, audiverat Dauid à Chusi, occisum esse Absalom, rebellem illum, & patri suo rebellantem. Contristatus itaque rex ascendit coenaculum porta & fleuit. Et sic loquebatur vadens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalom? Porro rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi, Absalom, Absalom fili mi. Tanquam erat amor patris, vel in rebellem, ut victoriam ipsam non confirmaret, filio interfecto, cui vita rapta est, dum voluit rapere sceptrum paternum. Quis non videat quantos ex hoc filio haberet luctus patris: aut in quantum dedecus transierit ambitio in arbore exaltandi Absalonis? Nimirum *Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatuo letabitur.* Quid magis fatuum, quam persequi patrem tam sapientem? & rege superbite armato, regnum affectare? Verè tunc fuit *ira patris filium stultum, & dolor matris, quæ genuit eum.* Quantum doluisset Dauid, si eum Absalom nunquam contristasset, qui moti voluit, pro rebellante? Quamvis utique maiore eum moestitia affecit rebellando, atque alia perperam multa agendo, quam cum moreretur. Prudens enim & pius pater, qualis Dauid erat, plus offenditur filij reatu, quam obitu; & mauult habere nullum, quam impium.

VI. Hoc argumento, commendat, aut certè excusat Beza perpetuum calibatum Jacobi Sturmij Argentinensis patricij, de quo, post multas laudes, sic ait: *Illud tamen in Sturmio fortasse quispiam merito reprehenderit, quod in perpetuo calibatu vivens heredem suarum virtutum patriam videre possit invidisse: Sed quid veritus est, vetus illud, & quidem re ipsa frequenter approbatum: Horum filij noxæ? Quo loco Beza aliqui cum suis, eos reprehendens quos, ut maiore cum puritate Deo seruiant à coniugio abstinere*

Beza in Iconibus virorum suorum illustrium.

VI
 3. dil. lig. V
 Prou. 17. 27.